PASSIO SANCTI BLASII. GREGORIUS MAGNUS. VITA SANCTI BASILII
3. Viertel 12. Jh. Seite 85r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



De cuius etiam uirtute subiungitur omnia per ipsum
facta sunt. et sine ipso factum est nichil. Quid
igitur miramur. si uerba edere sine lingua potuit uer-
bum quod linguam fecit. PETRUS Placet quod dicis.
GREG. Hii itaque eo tempore profugi ad constan-
tinopolitanam urbem uenerunt. eoque tempore
quo per explendis responsis ecclesie ad principem ipse
ego transmissus sum. seniorem quendam epm repperi qui
se adhuc eorum ora sine linguis loquentia audis-
se testabatur. ita ut apertis oribus clamarent ecce ui-
dete quia linguas non habemus et loquimur. Uidebatur
enim a respicientibus quia abscisis radicitus
linguis quasi quoddam baratrum patebat ingut-
ture. et tamen ore uacuo plana ad integrum
uerba ~~fundebantur~~. Quorum illic unus in luxuriam formabantur
lapsus mox priuatus est dono miraculi. recto ui-
delicet omnipotentis dei miraculo. et iudicio. ut qui
carnis continentiam conseruare neglexerat. sine
lingua carnea non haberet uerba ueritatis. Sed hec
nos per arriane hereseos dampnatione dixisse suf-
ficiat. nunc ad ea que in italia gesta sunt sig-
na redeamus. Is autem cuius superius memoriam fe-
ci nemeu[illegible] eleutherius pater monasterii quod beati eugle
monasterio p[illegible] in spolitane urbis poma marci.
ebrisque angusti[illegible] riis situm est. diu mecum est